UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm LXIIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96538

Visual Library

Iuxta ea, quæ habentur in d.l.2.& in c.cum dilecti. de
emp.& uendi.) tanti ualeret, ut dici poſſit deceptio-
nem ultra dimidiam iuſti pretii interueniſſe. Præte-
9 rea † illi dicitur eſſe præſcriptum, quoniam magiſter
Laurẽtius, ac hæredes ſui ultra annos triginta, & qua
draginta tenuerunt, & poſſederunt, per quod ſpatiũ
triginta annorũ ceſſat remediũ d.l.2. ut ibi habetur,
& in d.c.cũ dilecti.argum.d.l.ſicut.C.de præſcript.tri
ginta annorum.& Inſtit.de perpet.& tempo.actio.Et
hæc ſufficiant ad uictoriam dicti Franciſci agentis, ad
cuius fauorem tàm in petitorio, quàm in poſſeſſorio,
ueluti ſupra declaratũ fuit, eſt ꝓnunciãdũ. Laus Deo.

S V M M Æ.

1 *Remedium c.reintegranda.3.q.1.datur etiã pro reſtitutione qua-*
ſi poſſeſſionis iuris percipiendi annuam penſionem.
2 *Et in eo probatio per ſolã famam publicã, uel aliter ſemiplenè ad*
obtinendum ſufficit.
3 *Poſſeſſio, uel quaſi in genere probatur per teſtes ſingulares.*
4 *Poſſeſſionis antiquioris ex parte agentis probatio ſufficit ad obti-*
nendum in remedio d.c.reintegranda. abſque eo, quòd aliter
probet ſe à poſſeſſione ex iniuſta cauſa cecidiſſe.
5 *In remedio d.c.reintegranda.exceptio dominÿ, & proprietatis nõ*
admittitur.
6 *Illud tranſit ad hæredem, ac etiam hæredẽ hæredis, qui eo ex per-*
ſona defuncti uti poteſt.
7 *Et illo ad reſtitutionem rei conuenitur is, qui tempore cœpti iudicÿ*
detinet, ac poſſidet.
8 *Demonſtratio falſa, quando alitar de perſonis conſtat, obeſſe non*
debet.
9 *Filius ex perſona patris legitimè demonſtratur.*
10 *Teſtes, qui melius probent, iudicis eſt conſiderare.*
11 *Aetas minor, uel maior quomodo per teſtes, & per aſpectum pro*
bari poſſit.

EPITOME.

Remedio c.reintegranda. 3. q.1. ẽt hæres hæredis
agens ad reſtitutionem quaſi poſſeſſionis percipien-
di annuũ redditum ex perſona primi defuncti, quòd
debeat obtinere, ſi ſolum probet primũ defunctũ au
ctorem ſuum fuiſſe in dicta quaſi poſſeſſione, & reũ
conuentum nunc tenere, & poſſidere rem, propter
quam, ſeu ſuper qua annuus ille redditus percipieba-
tur, hic oſtenditur.

CONSILIVM LXIIII.

CVM in paucis ueritas conſiſtat, paucis etiã
in hac cauſa, omiſſis argumentis, me ab-
ſoluam. Et ad rem ipſam ueniendo dico,
ꝙ per Simonem, & Franciſcũ de Sordanis
in effectu hæredes cuiuſdam Ioannis de Sordanis in-
tentatum fuit remedium.c.reintegranda.3.q.1.cõtra
ſer Ludouicum de Oleo, & fratres tenentes, & poſsi-
dentes quandã poſſeſsionẽ, de qua in petitione, ad re
ſtitutionem quaſi poſſeſsionis iuris percipiendi certã
annuã penſionẽ, ſeu certũ annuũ redditum librarum
uigintiquinq; ſuper dicta poſseſsione ab his fratribus
1 de Oleo tẽta, & poſseſsa, † qđ remediũ d.c.reintegrã-
da.de iure cõpetit, & datur non modo ad reſtitutio-
nẽ ueræ poſseſsionis rerũ immobiliũ, ſed ẽt ſuper re-
ſtitutione quaſi poſseſsionis iuris percipiendi annuã
penſionẽ, ſeu annuũ redditũ ut expreſsè uoluit Spec.
in tit.de reſti.ſpolia.in §.nunc dicamus.& ſcriben. in
d.c.reintegranda.& in l.rẽ, q̃ nobis.ff. de acquir. poſ.
2 Et † ad obtinẽdũ in dicto remedio ſatis eſt actori ꝓ-
bare intẽtionẽ ſuã ẽt per ſolã famã publicã, uel aliter
ſemiplenè, ut uoluit Pet.de Anch.in cõſ.41. incip.cir
ca recuperãdam, & ita in terminis uoluit Matheſil. in
1.& 2.notab.& ſequitur Dec.in c.1.col 4.uerſi. ſextus
caſus.extra de appel.& facit id, qđ uoluit Bar. & Alex.
3 in apoſtil.in l.1.C.quorũ bono. Et † ad probandã poſ
ſeſſionẽ, uel quaſi in genere teſtes ſingulares admit-
tuntur, ut eſt glo.communiter approbata, & ibi Bart.
in l.ob carmen.in fi.ff.de teſtib.cum multis ſimilib⁹.
Sed ipſi de Sordanis non ſolum ſemiplenè, ſed ẽt ple
nè per teſtes intentionẽ ſuã probarunt, hoc eſt dictũ
Ioannem auctorẽ ſuum fuiſſe in quaſi poſſeſſione ꝑ-
cipiendi dictũ annuũ redditũ librarũ uigintiquinque
per plures annos, & ipſum ſer Ludouicũ, & fratres te
nere, & poſſidere dictam poſſeſſionẽ, ſuper qua, ſeu
ꝑꝑ quam dictæ libræ uigintiquinque annuatim ſolue
4 bantur, † quod ſufficit ad obtinẽdũ in dicto remedio
abſq; eo, ꝙ probetur, ipſum à dicta quaſi poſſeſſione
ex iniuſta cauſa cecidiſſe, ut uoluit Inno.in c. poſt ele
ctionem.extra de conceſ.ꝑben.Lap.in alleg. 52. Inn.
& alii in c.ſæpe.de reſtit.ſpol.Abb.in c.ſi diligenti. de
præſcrip.& latius in c.cum ad ſedẽ.de reſti.ſpol.Alex.
in conſi.6.uol.3.& in conſi.89.in 5.col. quinimmò a
ctor probando de ſua antiquiori poſſeſſione, uel quaſi, eiectio, & ſpoliatio dicitur re ipſa probata ſm Bal
in l.pen.in col. pen. C.ſi à non cõpet. iud. & ſequitur
Socin. in d.l.rẽ, quæ nobis.in 7.q.prin.ergo &c. Nec
5 † in iudicio dicti remedii admittitur exceptio domi-
nij, ſeu proprietatis, quia illud datur ẽt ꝯ poſſidẽtem
bona fide, & iuſto titulo, ut habetur plenè ꝑ Abb.poſt
Inno.Io.Cald.& do.Anto in d.c.ſæpe.& in d.c. cũ ad
ſedem, & eſt magis communis opinio maximè cano
niſtarũ. Et ideò in caſu noſtro non ſunt attẽdenda de-
ducta ab iſtis de Oleo concernẽtia cauſam petitorij,
ſeu dominii, & proprietatis, ſed ſolum poſſeſſionis,
ueluti ſunt nonnulla inſtrumenta, & ſententiæ, quæ,
6 & quas ipſi produxerũt. Itẽ † hoc remediũ d.c.reinte
granda.tranſit ad hęredẽ, qui põt illo uti ex ꝑſona de-
functi, nã ſi interdictũ unde ui trãſit ad hęreds, quod
eſt odioſum.l.3.in fi.ff.de ui, & ui arma.à fortiori hoc
trãſire dẽt, qđ non eſt odioſum.d.c.reintegrãda.& ita
tenent doct.cõiter, & Soci.in d.l.rem, quę nobis.in fi.
2.q.prin.Et propterea infero illud poſſe trãſire ẽt ad
hęredem hæredis, qui etiam agere poterit ex perſo-
na primi defuncti eiecti, nam hæres hęredis teſtato-
ris eſt hæres.l.fin.C.de hære.inſti. cum ſimil. Optimè
igitur hoc remedio egerunt Simon, & Franciſcus de
Sordanis tanquam hæredes in effectu Ioãnis de Sor-
danis mediante perſona Gaſparini, uel cuiuſdã Flo-
rę, & conſequenter non uideo, cur dicti de Sordanis
non debeant obtinere, cum ipſis incumbentia, & ex-
trema in hoc remedio intẽtato requiſita ꝓbauerint,
ut ſupra. ¶ Non obſtant aliqua ab illis de Oleo cõtra
Sordanos adducta, & in primis, ꝙ Sordani agunt con
tra illos de Oleo tanquã contra filios, & hæredes Si-
giſmundi, & tamen ipſi non fuerunt filii, nec hęredes
Sigiſmundi, ſed Petri, ergo illi de Oleo non poſſunt
tanquã filii, & hęredes Sigiſmũdi condẽnari. Quia ad
hoc reſpondetur, ꝙ Sordani agunt contra ſer Ludo-
uicũ, & fratres, qui nunc reperiũtur detinere, et poſsi-
dere rem, ſeu poſseſsionẽ, ex qua, uel propter quã ſol
uebantur annuatim dictę librę xxv. Ioanni de Sorda-
nis, et ita ꝑ dictos de Sordanis probatũ fuit, ergo ſer
Ludouicus, et fratres potuerunt dicto remedio cõue
niri, & condẽnari ad ſolutionẽ dicti annui redditus,
7 quia † d.c.reintegrãda.ad reſtitutionẽ rei cõueniri de
bet ille, qui tꝑe cœpti iudicii reperiť detinere, et poſ-
ſidere, ad tradita per Spec.in loco pręallegato, et per
Soci.in d.l.rẽ, quę nobis.in 7.q.principa.Spec. in titu.
de primo decre.§.reſtat.uerſi. hoc ẽt not.et gl.ibique
Archid.et Domi.in c.quicũque.12.q.2.Et quãuis Sor
dani egerint ꝯ illos de Oleo detẽtatores, & poſseſso-
res tanquã contra filios, et hęredes Sigiſmundi, cum

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

uerè fuerint hæredes Petri, tamen hoc nō debet obeſ
8 ſe, quia † hæc falſa demonſtratio nominis patris non
debet uitiare, ex quo aliter conſtet de perſonis illorū
de Oleo, qui uerè dictam rē detinent, ac poſſident, ar
gumento l.fi.cum ibi not. C.de hæred. inſtituen. & p
Bar.in l.1.& in l. falſa demonſtra. ff.de cōdi. & dem.
& melius in l.ſi in rē.ff.de rei uendic.cū ſim. Pręterea
& ſi non eſſet dictū, ꝙ illi de Oleo fuiſſent hæredes,
ſeu filii Sigiſmundi, uel alterius, ſed ſimpliciter Sor-
dani contra illos egiſſent tanquā cōtra poſſeſſores di
ctæ rei, & poſſeſſionis, & hoc fuiſſet probatū, abſq; du
bio libellus proceſſiſſet, & illi de Oleo cōdemnari de-
buiſſent, ex quo poſſiderent, ut ex prædictis cōſtat, er-
go idem, ſi dictū ſit, ipſos fuiſſe filios, & hæredes Sigiſ
mundi cauſa illos demonſtrandi, ſi aliter de eorū cor
pore conſtet per prædicta. ¶ Non obſtat ēt, ꝙ Sorda-
ni egerint tāquā filii, & hæredes cuiuſdā Gaſparrini,
ut in eorum petitione continetur, & tamen ipſi non
poſſunt hoc remedio agere contra illos de Oleo, tan
quam ad ipſos Sordanos ſpectet hoc ius agendi, ac ēt
percipiendi ex bonis, & hæreditate Gaſparrini, in hoc
enim iure percipiendi dictum annuum redditū ſuc-
ceſſit quædam Flora filia cuiuſdā Marchionis de Sor
danis tanquam hæres in effectu Ioannis de Sordanis,
excluſo dicto Gaſparrino, ueluti conſtat ex quadam
ſententia lata inter dictam Florā ex una, & dictū Ga-
ſparrinum ex alia, quæ ſententia in rem iudicatā tran
ſiuit, & fuit per dictum ſer Ludouicū producta. Quia
reſpondetur primo, ꝙ id, quod fuit narratum, uideli-
cet ipſos de Sordanis fuiſſe filios, & hæredes Gaſparri
ni, fuit narratum cauſa demonſtrandi, & nominandi
9 perſonas illorum de Sordanis, quoniam † ex perſo-
na patris filius demonſtratur, & dicitur legitima de-
monſtratio.d.l.fi.C.de hæred. inſtituen. & per Bart.in
d.l.1.ff.de cōdi. & demonſtr. Et hæc demonſtratio ue
ra eſt, quia uerè fuerunt filii, & hæredes Gaſparrini, ut
probatum fuit, non autem ipſi aſſeruerunt ſe filios, &
hæredes Gaſparrini, tanquā hoc ius agendi, & pcipiē
di dictum annuum redditum ad ipſos peruenerit, &
ſpectauerit ex hæreditate Gaſparrini, ſed ex hr̄ditate
Ioannis, cui ſucceſſerunt tanquā hæredes mediāte p-
ſona alterius, uidelicet uel Gaſparrini, uel potius di-
ctæ Floræ, ut in proceſſu, & petitione eorū continet̄.
Vel poſito Sordanos egiſſe tanquam hæredes Gaſpar
rini credentes hoc ius ad eos ex hæreditate Gaſparri
ni eorum patris perueniſſe, tamen hoc illis etiam no
cere non debet, quoniā cū egerint ex perſona Ioan-
nis de Sordanis, & tāquā hæredes illius in effectu, ſuf
ficit uerum eſſe, ꝙ reſpectu huius iuris percipiendi di
ctum annuum redditum fuerint dicti Ioannis hære-
des, ex cuius perſona hoc remedio agunt, nec refert,
mediante qua perſona, uel Gaſparrini, uel potius Flo
ræ, cui ut proximiores in bonis, & hæreditate ſua ſuc
ceſſerunt: & falſa demonſtratio, ut dictum fuit, uitia-
re non debet. ¶ Nec aduerſatur prædictis, ꝙ Sordani
non potuerunt eſſe hæredes dictæ Floræ, quoniam il-
la nata fuit ex Marchione filio ſpurio, & ex coitu adul
terino nato. Simon autem, & Franciſcus nati fuerūt
ex Gaſparrino legitimo, & naturali nato ex legitimo
matrimonio, & de iure ſicut ſpurius non ſuccedit le-
gitimo, & naturali, ita ècontra, quia ſucceſſiones ſunt
uiciſſitudinariæ auth.ex cōplexu.C.de inceſt. nup.cū
aliis uulgaribus. Quia reſpondetur, contrariū eē cau-
tū de iure municipali huius ciuitatis per ſtatutū poſi-
tū ſub rub.de ſucceſ.ab inteſtat.aſcenden. & collater.
in §.uolentes. quòd naturalibus &c. ubi hoc expreſsè
deciſum reperitur. ¶ Vltimo non obſtat unum, quod
prima facie multum uidebatur ſtringere, nam Simō,
& Franciſcus de Sordanis tanquam in effectu hęre-
des Ioannis mediāte pſona Floræ agūt cōtra illos de
Oleo ad ſolutionem, ſeu reſtitutionē iuris perci-
di dictum annuum redditum, in quo iure tanq
res Ioannis ſucceſſit domina Flora, ueluti ex ſen
tia, quæ in rem iudicatā tranſiuit, apparere di
& ipſa ī eius uita, & inter uiuos illud ius dedit,
& donauit cuidā Ludouico de Coſſa, ut in inſtru
to ſuperinde confecto continetur, deinde di
douicus illud idē ius ceſſit, & donauit ipſi ſer L
co, & fratrib⁹ de Oleo, ut de hoc ēt apparet inſt
blicū. Ex quibus clarè infertur, ꝙ illud ius perc
annuum redditum non potuit reperiri in hær
dictæ Floræ, & cōſequenter in eo Simon, & Frā
tanquam hæredes Ioannis mediante Flora nō p
runt ſuccedere, & propterea nec ad illud ut hæ
Ioānis agere. Quia reſponderi pōt, ꝙ ceſſio, ſeu
tio facta à dicta Flora ipſi Ludouico de Coſſa n
ius ei tribuere potuit, nā fuit ipſo iure nulla,
lius momēti, cū fuerit facta ab ipſa Flora tūc m
uigintiquinque annis abſq; ſolemnitate, & ſ
hmōi actibus requiſita à ſtatuto poſito ſub ru
tractibus cum minoribus, & filiisfamilias fact
tuto ſequenti. Quòd autem Flora tunc fuerit
uigintiquinque annis, credo fuiſſe ſufficienter
niſſimè probatū per plures teſtes ſuper hoc e
tos, nec non per librum loci, in quo dicta Flo
fuit. Nec obſtat, ꝙ illi de Oleo conati fuerin
re, ꝙ Flora tēpore dicti contractus donatio
10 maior annis, uigintiquinq;. Quia † ad offici
cis modo pertinet diligenter conſiderare, q
melius probent, dicta, qualitates, & condition
nium conſiderāda, arg.l.teſtiū in prin. ff. de te
& in §.item teſtium.4.q.4. non enim ad multi
reſpici oportet, ſed ad ſincerā teſtimoniorū
ſtimonia, qbus lux ueritatis potius aſſiſtit, ut
reconſultus in l.ob carnē.ff.de teſtibus. & d
c.ſi teſtes.in §.1.4.q.4. ꝙ ſi teſtes aliud dixe
ſint inter ſe ꝯrii, quia teſtes unius partis un
teſtes alterius partis aliud concludunt, licet
ri numero, tamen credendū eſt, ꝙ naturæ neg
uenit, & inimicitiæ, aut gratiæ ſuſpitione caret,
mabitque iudex motum animi ſui ex argument
teſtimoniis, quæ rei aptiora, ac ueritati proxim
ſe cōpererit. Si igitur iudex in caſu, de quo agitur
nè dicta teſtiū utriuſq; partis aduertat, clarè co
ſcet teſtes illorum de Sordanis melius, ac uer
bare, quia ueritas iuxta eorum dicta ſe habet,
formatione habita, & ex libro loci, ī quo na
ctæ Florę deſcripta fuit, uerè cognoſcere po
dicta teſtium adhuc ſunt ſecreta, & ad illor
tionē nihil certi ſcribere poſſum, ſolū rogabo
11 nū iudicem, ut optimè cōſideret, † ꝙ ad prob
ætatem maiorem, uel minorem per dicta, & d
tiones teſtium ætas poteſt dupliciter tantū cō
ri, hoc eſt uerè, & certitndinariè, item & præſum
per aſpectum corporis: ita uoluit Bald.in l.cum t
lum.penult.uerſi.quæro, an iſta.C.de probat.Ba
de ætate.colum.3.ff.de mino. Salic. in l.ſi mino
C.de in integ.reſtit.in 2.col. uerſi. & ut breuiter c
cludā, qui etiam dicit, ꝙ præſumptiones, quibus
nor ætas per aſpectum probatur, debent eſſe ſic
mentes, ꝙ inferant id, de quo quęritur, etiam ſi
eſſent ſingulares, quia ætatem per diuerſas rōnes
barent, ut ibi per Salicetum in penult. colum. u
ro, quid ſi teſtes. Aetas autem uerè, & certitudina
teſtes probari poteſt, quando teſtes interfuiſſent
tiuitati, ut quia eſſent obſtetrices, item per teſtes,
tempore natiuitatis fuiſſent uicini, uel conſang
ut per Bart.in dicta l.de ætate uerſicu. uenio ad
dam quæſtionem in 3.colum.itē per libros, in q
natiuitas fuerit deſcripta. Sed teſtes examina

parte illorum de Oleo, qui uolunt probare dictam Floram fuiſſe maiorem tempore contractus ceſſionis, & donationis ſupradictę, nõ ſunt tales, quia d. Flora in aliis lõginquis partibus, & regionibus nata fuit, ergo &c. Per aſpectũ autem corporis teſtes poſſunt ætatẽ maiorem, uel minorẽ probare, & ſic ſufficienter quidem, ſed nõ uerè, & certitudinariè, quæ ꝓbatio de iure concludit, ut uolunt Bart. & Salice. in locis prællegatis, quãdo teſtes nõ dicerentur ſimpliciter aliquẽ eſſe maiorẽ, uel minorẽ, uigintiquinque annis eò, quia hoc ſcirent per aſpectũ corporis ſimpliciter, ut uoluit Bald. in l. ſolam in penult. col uerſic. item dubitatur. C. de teſtib. ſed quãdo ipſi teſtes dicerent, quòd talis erat minor, ſeu maior uigintiquinq; annis, & interrogati de cauſa ſciẽtiæ dicant, quòd ipſi ſciunt, uel cognouerunt ex aſpectu corporis deponendo per quinq; annos aſcenſiuè, quãdo uellẽt probare aliquẽ fuiſſe maiorem annis uigintiquinque per aſpectũ, uel per quinq; annos deſcenſiuè, quãdo uellẽt probare aliquẽ fuiſſe minorẽ annis uigintiquinq; exemplũ, ſi teſtes uolũt probare aliquẽ fuiſſe maiorẽ annis uigintiquinq; ex aſpectu, debent concludere, quòd per aſpectũ corporis ille erat annorũ triginta, ſi uerò uellent probare eũ fuiſſe minorẽ annis uigintiquinq; ex aſpectu debent concludere, quòd ille per aſpectum corporis erat minor uiginti, ita uoluit Bart. clarè in d. l. de ætate. in d. uerſi. ad quod ſciendum. in 4. & 5. col. cuius doctrina cõmuniter approbatur, & ad eã recurrẽdũ eſſe dicit Paul. de Caſt. in l. ſi minorẽ. C. de in integr. reſ. Ad hæc igitur iuſtiſſimus iudex diligenter aduertat. Ex quibus omnibus cõcludo pronunciandũ eſſe ad fauorẽ iliorũ de Sordanis cõtra præfatos de Oleo, qui uerè Sordanos ſpoliarunt ſuo iure quaſi poſſeſſionis percipiẽdi dictum annuũ redditũ: Et ꝓpterea Sordani ante omnia ſunt reintegrãdi, & reſtituendi d. c. reintegrãda, & d. c. ſæpe, reſeruato iure agendi in petitorio ipſis de Oleo, ſi quod circa illud habere prætendant. Laus Deo.

SVMMAE.

1 *Tenuta, & aſſociatio ualidè dari, & cõmitti non poteſt in præiudicium tertij poßeſſoris non citati.*

2 *In locationibus ad longum tempus agitur de maiori præiudicio cõductorum, quibus fuit in re conducta acquiſitum utile dominium, ac naturalis poſſesſio.*

3 *Statutum loquens ſimpliciter de locationibus, & conductionibus non habet locum in factis ad affictum francandum.*

4 *Et maximè, qñ ſtatutũ à regulis iuris exorbitaret, ac pęnale eſſet.*

5 *Locatur, & dominus quando, & quomodo per factum conductoris, & coloni ſua poſſesſione priuetur.*

6 *Statutum Bononiẽſe ſub rub. de pœna uendentis rem alienã in ſi. uolumus permittens domino, & locatori, uel eius hæredi propria auctoritate expellere colonum, & quemlibet cauſam ab eo habentem propter affictus non ſolutos, declaratur.*

7 *Relatiuorum uerborum natura eſt reſtringere.*

EPITOME.

Tenutam, & aſſociationẽ datã, ſeu cõmiſſam non citato tertio poſſeſſore non ualere etiam in terminis ſtatuti Bononienſis ſub rub. de pœna uendentis rẽ alienam in §. uolumus. permittentis domino, & locatori propria auctoritate expellere conductorem, & colonum, uel alium quemcunque cauſam ab eo habentem propter affictus non ſolutos, quando locatio eſſet facta ad longũ tempus, & ad affictũ frãcandum, & quãdo dominus, & locator fuiſſet ſua poſſeſſione ꝑ factũ coloni, & conductoris priuatus. Et de intellectu ſtatuti prædicti hic agitur.

CONSILIVM LXV.

PAVCIS in præſenti cauſa utar, nam de induſtria omiſſis aliis dubiis inſiſtẽdũ eſt ſolũ ſupprimo, à quo tota difficultas depẽdet, an aſſociatio facta de Bartholomæo non citata domina Thadea ſit nulla, uel ſaltem ipſi dominæ Thadeæ noceat. Et non ualuiſſe aſſociationem in præiudicium dominę Thadeæ non monitæ, nec
1 citatæ reſpondeo, quoniam † de iure tenuta dari, & aſſociatio committi non poteſt in præiudicium tertii poſſeſſoris nõ uocati, neque citati l. meminerint. C. unde ui, & ibi glo. & docto. cap. licet epiſcopus de præben. in 6. & l. fin. C. de edic. diui adri. tol. Non obſtat allegatum ſtatutum de pœna uendentis rẽ alienam, in §. uolumus. cuius remedium fuit intentatum, ut in proceſſu patet, quoniam ſtatutum illud permittens locatori, uel eius hæredi ingredi rem locatam propria auctoritate, & expellere colonum, uel inquilinum, uel alium quemcunque à prædictis cauſam habentem propter affictus non ſolutos habet locum dumtaxat in locationibus ad modicum tempus, & non ad longum puta ad decennium factis, ut clarè in dicto ſtatuto continetur, quod uult
2 in illis iura communia ſeruari debere, quoniam † in locationibus, quæ fiũt ad longũ tempus, ut ad decẽ annos, agitur de maiori præiudicio cõductorũ, quibus, ex cõductione fuit in re cõducta acquiſitũ utile dominiũ, & naturalis poſſeſſio iuxta ea, quæ habẽtur per doct. in l. codicillis. §. inſtituto. ff. de lega. 2. not. in l. 3. §. ex cõtrario. ff. de acquir. poſ. & in l. ſi ut certo. §. ſi duobus uehiculũ. ff. cõmoda. & habetur ꝑ Bal. &
3 alios in rub. C. de iure emphyt. Præterea † dictũ ſtatutũ loquẽs ſimpliciter de locationibus, & cõductionibus, ſiue de locatoribus, & cõductoribus nõ habet locũ in locationibus, & cõductionibus factis ad affictũ francandũ, quia cũ hæc habeant cauſam dominii, ex quò cõductores earũ occaſione ꝑꝑ pactũ de francando in illis appoſitũ poſſunt dominiũ plenũ, & ciuilẽ, ac naturalẽ poſſeſſionẽ acquirere iuxta tex. cum ibi not. in l. 2. C. de pact. inter empt. & uend. ſtatutũ loquens de ſimplici locatione, per quã nec dominium aliquod, nec aliqua poſſeſſio acquiritur, ut in locis p̃allegatis locũ nõ habebit in locatione ad lõgũ tẽpus facta cũ pacto frãcandi, tũ quia talis nõ dicitur propriè, ſeu ſimpliciter locatio, tũ quia per eã maius ius cõductori acquiritur, & ideò nõ cõprehẽditur in diſpoſitione, ĩ qua fit mentio ſimpliciter de locatione, arg. eorũ, quæ uoluit Bal. & ſequitur Alex. in apoſtil. ad Bar. in l. itẽ quæritur. §. qui impleto. ff. locati. † Et
4 maximè nõ cõprehẽdetur in ſtatuto faciẽte mẽtionẽ ſimpliciter de locatione, & cõductione, quod à regulis iuris exorbitaret, & pœnale eſſet, quale eſt ſtatutũ prædictũ arg. c. quæ à iure de reg. iur. in 6. cũ ſimil. ibi allega. Et ita ĩ terminis huius ſtatuti uoluit Alex. ĩ cõſi. 12. in pen. col. uol. 4. & in cõſ. 76. uol. 5. & idẽ uoluit ẽt Ioã. de Imol. in cõſil. 36. Adde, quòd ĩ terminis noſtris locator, ꝗ ſolũ ciuiliter poſſidebat, ꝗa naturalis poſſeſſio erat penes cõductorẽ, & colonũ, qui ad longũ tẽpus cõducebat, deſiit poſſidere duplici ex cauſa, ut ſtatim dicã, & ideò hæres eius, ꝗ nullo mõ rẽ locatã poſſidebat, nõ potuit ẽt iudicis auctoritate priuare dominã Thadeã ſua ciuili, & naturali poſſeſſione, illa nõ citata, & abſq; cauſæ cognitione, iuribus uulga
5 ribus, & pręallegatis. † Locator. n. deſiit poſſidere primo ꝗa egit cõtra cõductorẽ, ut illũ à re conducta expelleret, & cõductor expectauit, donec sẽtẽtia diffinitiua cõtra ipsũ ſuꝑ expulſione, & reſtitutione rei feretur, quo caſu tãquã inuaſor cenſetur dominũ locatorẽ ſua poſſeſſiõe priuaſse, arg. l. ſi colonus. ff. de ui, & ui arma. l. penul. C. locati, & l. nõ ab re C. unde